





62



# EYΦΗΜΙΑΙ,

Quas

IN HONOREM HVMANISSIMI  
iuxta atque Doctissimi viri Dn.

M. IOHANNIS DITMARI  
IUNIORIS, REVERENDI ET  
doctissimi viri Dn. IOHANNIS DITMARI  
Ecclesiae Guttenshusanae Pastoris vigi-  
lantissimi Filij, Sponsi,

Cum


*Pudiciss. & lectiss. Virgine V E R O N I C A viri  
integerrimi H E R M A N N I Uber die  
Heiden civis Isenacensis, p. m. relicta  
filia, Sponsa,*

Nuptias solenniter celebrantis Isenaci ad XVI. Fe-  
bruarij anno Ἰης θεανθρωπογονίας  
cl. Io. cl.

*Scripserunt Praeceptores, Patronis Commilitones,  
Amici.*

J E N Æ

Typis Tobiaë Steinmanni,





I.

NEOFAMOIΣ  
DN. M. IOANNI DIETMARO  
ET  
*Lectissima Virgini VERONICAE Ober  
die Heide: &c.*

SERPIT humi in sylvis præstans Veronica, dignam  
Elogio haud frustra patria lingua vocat.  
Namque potestates, quas uni huic indidit herbæ  
Autor, nulla satis vox memorare potest.  
In primis nigros in splenis viscere succos  
Mitigat, incidit, tergit, & attenuat.  
Infarctum expediens thoracem phlegmata purgat,  
Præsidium ulceribus vulneribusque petens.  
Hanc lege, dum sylvas fidissime IANEPERERRAS:  
Lectam adhibe lateri nocte dieque tuo.  
Crede mihi, si quis multos te vexat in annos,  
Vna erit hæc morbi certa medela tui.  
Tu tamen hæc certa miscebis pharmaca lege:  
Vsu non recto melque merumque nocent:  
Hanc tibi fortunet benedictio diæ medelam.  
Digna que laude diu floreat herba tibi.

*Zacharias Brendel Med. Doct. &  
publicus Physices Professor.*

II.

FELIX cui nasci benè, cui benè nubere quondam,  
Et benè cui tandem fata dedere mori.  
Ille suo cæli vaga sidera vertice pulsat,  
Et quodcumque boni vovit, id omne tulit.

*Prima*

Prima tibi,  
Contig  
inguium, d  
Qua p  
Tam bene e  
Fertur  
mipietas, ca  
Gratia  
Saxo  
Hospiti  
e quog, feli  
Certa q  
prim opt a  
Et dede  
numerare  
Cæperis  
prius inge  
Egregie  
tas pietatis e  
Propitia  
Vicupit  
Vir  
Duret Is, ut I  
Proposi  
VARS AMO  
Hæc sur  
fallor? an he  
Qua ge  
Sinceram D  
Denotat

Prima tibi, Dietmare, tibi fors altera largè  
 Contigit. Eximio notus honore Parens  
 Ingenium, doctrina sagax, labor æctus, honores,  
 Qua patris auspicio munera nactus habes.  
 Tum benè coniugij Sponsus sacra fœdera iungis,  
 Fertur in amplexus iam Veronica tuos.  
 Cui pietas, castusq; pudor, cui blandula forma  
 Gratia vix ullam scit reperire parem  
 Hic ubi Saxonia Dux inclytus Isidis urbem  
 Hospitio cœpit nobilitare suo.  
 Te quoq; felicitis tandem pars ultima vite  
 Certa quidem, verum non nisi sera manet.  
 Si prius optato fueris saturatus amore,  
 Et dederis flamma longa alimenta tua.  
 Si numerare prius natos, numerare nepotes  
 Cœperis, & proavum feceris esse Patrem?  
 Si prius ingenio feliciter usus & arte  
 Egregiè nostrum demerere genus.  
 Hac pietatis erunt tibi pramia certa. Beatus  
 Propitium didicit quisquis habere Deum.

V Wolfgangus Heider M. Log. &  
 Ethic. Prof. Publ.

III.

**Q**ui cupit optatam thalamo contingere metam,  
 Vincere legitimo dira que cuncta modo,  
 Curet Is, ut IOVA clemente fruatur, in omni  
 Proposito & VERVM corde decente colat.  
 VERVS AMOR, VERVS LABOR ET PATIENTIA VERA:  
 Hæc sunt, quæ tædis læva pericla fugant.  
 Fallor? an hoc ipsum perpendi nomina, Doctus  
 Quæ gestant Sponsus Sponsaque casta, iubent?  
 Syncerum DOMINI IOANNES nempe FAVOREM  
 Denotat: à VERO Nymphia nomen habet.

A 2

Ergo

Ergo FAVORE DEI thalamo sit, SPONSE, beatum  
Principium, medium, finis & inde tuo;  
Tūq; AMOR atq; LABOR, PATIENTIA VERAq; saluam  
SERVET, CONSERVET, SPONSA pudica, precor.

παλααιοφιλίας ἐνεκα

M. Nicolaus Rhostius Ecclesia  
Genensis Diaconus.

IV.

**F**orte ego Salaidum Clariam rediturus ad urbem,  
Visus sum tales arripere aure sonos,  
Et nisi fallor erant Iunonia vota, puella  
Qualia nupturiens edere saepe solet:  
Me miseram! & scava natam me Iuno Selenā!  
Siccine Fortunā spes mihi maior erit?  
Siccine Iuno faues? heu siccine provehis orsus?  
Siccine despectam me iuvat esse tibi?  
Siccine me cogis muliebria scommata, nec non  
Omnivolos passim sustinuisse iocos?  
Si mihi nubendum tandem, est mea nubilis aetas,  
Matura, felix non nisi nupta cita est.  
Audijt hos Iuno gemitus, & talibus insit:  
Castiga curas agra puella tuas.  
Nec te pœniteat tadas differre iugales,  
Ah nescis, quot habet vel mora parva bona.  
Crede mihi Veneri non est imbellia grata,  
Castra hac forticulam virginem amare solent.  
Interibi disces compar cervice subactā  
Ferre iugum, disces munia ferre viri.  
Rem disces meliusq; domum curare nec astus  
Dirævè exemplo decipiere socrus.  
Suavia sic Veneris disces insuavia ferre  
Ferre maritatos quod comitatur onus.

Dixit

Dixerat: has contra dabat ore Veronica voces:

Heu quam difficiles sunt in amore mora!

Habenè conceptos extinguunt segniter ignes,

Ha sunt discidij causa cibusq; mali.

Quare virgineo si decerpendus ab horto

Flos meus hic Mystam Iuno benigna manet.

Vi votum Sponsus maturius impleat oro

Aut animo moriens impatiente cadam.

Ata diu inceptum vel disiuga solvat amorem

Iuno refert, melius sternuat omen amor.

Iam iam vota valent grato iam sine politur,

Spes sperata diu, spes rata grata Deo.

En tibi quo morulam nox una resarciet omnem

Tempus adest, Sponsus, quem petis, ecce redit.

Iam Diu mare vires, dexter Nocturnus amorem

Iam iuvat, & Zygia cum face Zungus adest.

Vivite felices concordij vivite nexu,

Sponsa tuum efflictim dilige, Sponse tuam.

Florescat sine lite torus, sit prole refertus

Pleno sit cornu copia plena bonis.

Mauritius Muller Fro

ΦιλοΦιλίας χάρις.

V.

Qvis tecum medicus? Vel quas Dietmare per artes

Pæonias cultus? tanta undè scientia mentis?

Quid? Fallo ne? tuum pectus divinus Apollo,

Delicijs horti monstratis undiq; succis

Imbuit, Ingenij tantà & tunc dote beavit.

Illic plantata data quâ subolere potestas

Herba, qua reliquis longè formosior, & qua

Viribus haud ulli cedit, quaq; una lieni

Mox praesens pariet miserè medicamen adusto

A 3

Qua

*Quæ setosa licet folijs serratâq; constet,  
Tunde, liquor refluet blandus gratulq; palato,  
Ferre potens requiem, cunctiq; arcere doloris  
Tela, nec immeritò hinc, sed rite, VERONICA dicta.*

*O IANVM tanto faustum medicamine, tanto  
Dotatum Antidoto, vi cuius flammula cordis  
Pacatur: Fac vota, dosin tibi summus ut Artis  
Inventor Medicæ iustam definiat, eius  
Ingenitas possis quò nunquam amittere vires,  
Inq; annos multos tibi surgat ut incrementum.*

Elias Zinck.

VI.

*S*ic tandem pigitum est inertioris  
Moræ & ad Veneris theatra ventum,  
Dietmare optume vir virum optumorum,  
Idem Bellerophontidos sititor,  
Idem flos hilarum facetiarum  
Comiq; ò! bene ominate fili.  
Quid nunc factò opus æstimas, recentis  
Quando materiem beatitatis  
Propinat tibi mollicellus Hymen?  
Eia promptus ades, tuumq; sero  
Euinci caput, indidem cothurno  
Suras & latus undulato amictu,  
Aeratis stimulis utramq; calcem  
Muni, varicitusq; fortiozem  
Tolutarium obi, luposq; torquens  
Sono quadrupetante concute æquor.  
En! campos tibi frondeos recludit  
Idalis, tremulâ exsultatione  
Cursuq; æripedis citatiore  
Metandos. Tua res agetur, insta,

Heic



Heic nec pulverem Olympicum iuvarit  
Collegisse magis, nec obsoleti  
Corpus verberibus dolare casti,  
Nec queiscunque solent brabœa ferri  
Laudis que preciosa dona ludis?  
Viden? quo tua fulgurita dudum  
Igni corda fuere, qui perussit  
Absentem gracili que copulavit  
Amoris ligula sibi, fovetur  
Illic in medio omnium senatu  
Iocorum, Charitum, Facetiarum  
Non hoc demeruisse tu labores  
Præmij? Sed ô! optume oxume que  
Factum. Demeruit quod admonebam,  
Iam virtus tua strenue patrando.  
Sunt de curia tibi impigro labore  
Matris Idaliæ beata tempe,  
Te que unâ atque tuam. ecce! blandicellam  
Advectat lonipes revorsione,  
Optatâ nimium revorsione.  
Tu, quod nunc superest, vicem secundam  
Instaura, at que itera libens lubens que  
Hoc certaminis, ut sit annuatim  
Quod te præmioli manere possit  
Aut Dietmarolus aut Veronicella.  
Quin & nectare torulenta largo  
Oscla mutiter date at que ferte,  
Tu que & delictum tuum Verona.  
Biliosa sribuscula enicate,  
Et linguæ fugite aspidinæ acorem.  
Maccus litem alat istius que scripta,  
Vobis expedit aureo fruisca

Secli

Secli, flore dieque destinata  
Expirare animæ salillum in ipsâ  
Veri ardoris amœnâ amœnitate.  
Non sic ad fatim erit benè, ad fatim amplè  
Vobis? Nonne sat obsecrò beatè  
Sic tandem pigritum est interioris  
Moræ, & ad Veneris theatra ventum?

2.

M. IOANNES DIETMARVS.  
NI ME DIVS AMOR SANET.

**N**I ME DIVS AMOR ni blanda Veronica SANET,  
Declinare necis spicula quei valeam?  
Heic age vivificum rursus mea vita vigorem  
Sume, heic ad portum naufraga cymba redi.

3.

VERONICA.  
VNICA ERO.  
VENI CARO.

**M**ultumq; atq; diu me torfit & urfit anhelam,  
Quei possis tantas multiplicare moras.  
Spemq; metumq; inter de te sum sæpè locuta:  
O! meus ille navis ignibus ustus abest.  
Lusa fui fateor, Connive, fœmina dixi,  
Fœmina consilij, fœmina cordis inops.  
Nunc iuvet amplexus miscere. VENI CARO, post hæc  
VNICA ERO tua, sis unicus ipse meus.

F. Iustus Zinzerlingus Eschen-  
bergensis Tyrig.

F I N I S.



aut emissa voce magna ex  
piravit **ps. nr.** Et uidi ce  
ph lassu e' in duo. alio me uita  
deorsu. Vides aut e' in quo  
exadulo stabat. ga sic clamor  
expirasti ait. Ver. hic homo  
di filius erat. Erat aut e' in  
heres de lege aliter. Me  
qs erat in. Me. Me. Me.  
et maria. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
Et cu' e' in. Me. Me. Me. Me.  
eu. et misit. Me. Me. Me. Me.  
miser q' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
ultra. **ex.** **E**rat  
seru e' in. Me. Me. Me. Me.  
erat qd e' in. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
me adpysate. Me. Me. Me. Me.